



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Metropolis Salisbvr gensis

Continens Fvndationes Et Erectiones Monasteriorvm, Et Ecclesiarum
Collegiatarum, &c. per Boiarum, ac loca quædam vicina

Hund, Wiguleus

Monachii, 1620

Sancti Francisci Monasteria Et S. Dominici.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13578

prædicti *Rapatonis* bonæ volûtatî affectû grato animo comendantes, gratum & ratû pro omnib. hæredib. nostris habem⁹, approbamus. & cõfirmam⁹, quicquid per ipsum factum esse dinoscitur in præmissis, omnem defectum si quis esset, aut esse posset in hac parte donatione & autoritate propria nunc suppletentes, ita ut ipsa Ecclesia in *Furstencelle* omnes infra scriptas possessiones iusto proprietatis titulo perpetuo debeat libere possidere. Sunt autem hæc nomina possessionum, Curia in *Sutzpach* & sylua ibidem quæ *Tannach* dicitur, quam Comes *Diopoldus* legauit Ecclesiæ in extremis. Item Curia in *Tetling*, & Huba *Tal*. Curia in *Leupertshaimb* & quartale Huba in *Aspershaimb*. Duæ Curia in *sancta Lucia*; Curia in *Walchunspurg*, Huba ad molendinum in *Aspershaim* & duo beneficia in *Weg*. Ut ergo vniuersa & singula præmissorum robur obtineant firmitatis, præsentem literas conferri & nostro & ipsius Comitû *Rapatonis* sigillis communi fecimus, cum testibus subnotatis. Testes sunt hi. Otto, Luduicus & Stephanus filij nostri, Weinmarus Alinus, Hainricus de Pfölling, Abramus de Rottau, Hainricus de Alnchouen, Richardus de Ahaim, Albertus Vicetom de Straubing, Albertus Chlofnarius, Leopoldus Eckhartingarus, & alij quam plures Datum in *Landau* Anno Domini M. CC. L. XXXVI. Nonas Augusti.

Wir Hainrich/ Otto vnd Hainrich von Gottes Gnade Pfalzgrafen bei Rhein/ Hertzogen in Bayern/ Embieten allen vnsern Richten vnd Ambsleuten vnser gnad vñ vnser huld/ wan wir dem Closter ze Fürstencelle besunderlich gebunten sein/ das wir es ze allen Zeiten schirmen vnd begnaden/ dauor das vnser Vorvordern vñ auch wir desselben Closters Stifter sein/ wollen wir vnd gepüeten euch/ vnd auch andern vnsern Leuten/ Edlen vnd Vnedlen/ die in vnserm Land geseßen sint/ ob sich ein vnflug in demselben Closter hueten also das Todtschlag oder Wunden darinn gesehehen/ oder anderlei Laid ainem da widerfure/ so dem wer von des Closter Diener oder von seinen Leuten/ die darzu gehörent/ oder von frembden Leuten/ das soll des Closter an nichten entgelten/ weder an Pfantung seines Viechs/ noch an keinem seinem Gut/ wann solich schadt an demselben Closter geschehe/ dem soll niemand hören noch richten/ dann wir selber/ dazue wollen wir auch/ das si fürbas niemand beschweren/ noch lei dig/ weder an iren Leuten/ noch an irem Guet mit Heerwägen/ mit Nachtselten mit Fachten/ mit Fur noch rait dhaner vnbillichen forderung/ vnd gepüeten euch festiglich/ auch bey vnsern Huld/ n/ das sÿr dem vorgenanten Closter die gnad alle/ als si oben verschriben sint/ an nichten b. Abrencket/ noch yberuaret/ vñnd das demselben Closter die Gnad stet beleiben/ daryber geben wir sÿr ze vrthun diesen Brieff versigelt mit vnserm Insigel/ das ist gesehehen zu Durckhausen M. CCC. XX. an aller Heiligen Tag.

SANCTI FRANCISCI MONASTERIA ET S. DOMINICI

LUDOVICVS Dux Bauariæ, patet Ludouici Imperatoris, vna cum coniuge sua Anna de Polonia, Franciscanorum ordinem prius in Ingolstadtum collocavit, tradens aptum fundum prope castrum, vna cum 30. Marcis argenti, pro ædificiis construendis, Anno 1275. Et eundem post annum octauum Monachium quoque eo loco, quo nunc sacrae virgines eiusdem ordinis Clarissæ apud Anger habitant, transtulit, nempe Anno 1283. donec Sentlingerij ciues Monacenses eum locum cum ædificiis pro 800. florenis emerunt, ac Franciscanis tradiderunt, quem etiam nunc Monachi tenent. Successerunt Sentlingeris Gabriel Riedler, cum vxore Hailvich, Wumim, qui dederunt 600. florenos in ædificationem nouæ domus, renouantes fere totum Congregatum, vnde hic Gabriel quasi secundus fundator fuit.

ANNO 1254. Emicho Episcopus Frisingensis consecrauit Chorum fratrum minorum, in praesentia Rudolphi & Ludouici, Ducum Bauariae; eodem die consecrauit coemiterium fratrum Eremitarum sancti Augustini, Templum ipsum Minorum consecratum est postea, Anno 1375.

SEPULTI sunt ibi in Choro Frater Bona gratia de Pergamo qui obiit 1340. & frater Guilielmus Ockam, qui obiit Anno 1347, ambo viri doctissimi, & causa Ludouici Imperatoris contra S. Pont. defensores acerrimi.

HENRICVS, Dux inferioris Bauariae, frater praedicti Ludouici Ducis, Anno Domini 1271. Dominicanos, & nono deinde ano, hoc est, 1280. Franciscanos Landts hue da recepit. Fuere autem haec Franciscanorum Monasteria olim aetiori regula non astricta, gaudentes vocant, qui etiam bona propria, census ac redditus habebant. Reformata autem postea, expulsis prioribus ac substitutis de obseruantia fratribus, ac abdicata omni proprietate in ordinem medicantium redacta in quo & hodie sunt, ex liberalitate Principum Bauariae potissimum, deinde vero aliorum piorum hominum elemosynis viuentes. Reformatio facta per Bullas, per Albertum Ducem Bauariae, a Sixto quarto Pontifice impetratas, Monachij tam fratrum quam sororum in Anger, Anno 1480. Ingolstadij vero & Landts huetæ Anno 1466. bona ac redditus istorum fratrum auctoritate Pontificia ac Episcopali cessere Vniuersitati ibidem. Extat diploma Ludouici Ducis Bauariae fundatoris, ac Guilielmi Episcopi Aichsteteñ, de Anno 1471.

CONSTRUCTVM est etiam Kelhaimij ad confluentes Danubij & Altmulae Coenobium, pro aliquot fratribus Franciscanis, per quem, nondum comperi, fundatum & simul reformatum pro fratribus de obseruantia, sub praedicto Duce Alberto, Anno Domini 1465. Illud vero in tam sterili loco, ut vix vnus aut alter hodie se ibi alere possit.

ANNO Domini 1484. Sorores tertiae Regulae a domo Büttrich in Monaco expulse sunt, quarum octo Frisingam venerunt, quibus Sixtus Episcopus ibi domum emittit, iniungens eis, ut infirmos in extremis visitarent, &c. Vitus Arnpeck. Est ibidem Monachij adhuc alia domus harum sororum tertiae Regulae S. Francisci, quae Ridlerorū dicitur, Veraque fundata seu instituta primitus a Patricijs Monacensibus, dictis Ridler & Büttrich, censibus exiguis, quae deinde bona oeconomia ac largiis obituibus piorum paulatim creuerunt ac redditibus aucta sunt.

RATISBONAE Conradus Episcopus dedit Fratribus S. Francisci, Anno 1226. quo & obiit, Ecclesiam S. Saluatoris habitandam, quae prius pertinuit ad Ecclesiam S. Ioannis, iuxta quam, Alberto Comite de Pögen, & Ottone Comite Palatino Rheni, Bauariae Duce, areas suas donantibus, erectum est ibi Monasterium. adhuc enim ibi iuxta portam ostenditur domus, quae olim curia fuit Comicum de Pögen. Extant diplomata ibi. Sepultus est in hoc Templo Berchtoldus, huius ordinis frater ibidem, Ratisbonae natus, clarus integritate vitae, atque Christianae eloquentiae Orator insignis. Sexaginta amplius millia hominum eius conciones frequentasse literis proditur. Eius sepulchrum adhuc non solum incolis, sed & Vngaris venerabile, circa Annum Domini 1250.

MONASTERIUM Dominicanorum Ratisbonae instituit Seifridus Episcopus, conferens Fratribus cum consensu Capituli sui Ecclesiam sancti Blasij, unde postea aedificatum est hoc Monasterium per Nobiles Truckessios de Eckmul, fundatores, qui etiam ibidem sepulti sunt.

MONASTERIUM Augustinianorum mendicantium Ratisbonae in ponte Iudeorum ita dedicatum est: Sacerdos ad agrotum festinans, eo loci sacram hostiam

Annot. lib.
7. fol. 688.

Annot. lib. 7.
fol. 669.

hostiam in lutum abiecerat; primum ibi ligneum Sacellum, Capella. Domini vocatum, erectum. Consecratur ab Alberto Episcopo, Anno 1255. Confirmatū ab illius Successore, Leone Episcopo. Post hæc cum Altmannus, Comes de Roteneck, Præpositus Ratisbonensis, & Archidiaconus, eandem Capellam duobus Sacerdotib, concessisset, vt diuinis officiis ibi vacarent, Ratisbonenes ciues ius patronatus ad se pertinere putarunt; tandem ita conuenit inter eos, vt ista Capella traderetur fratribus ord. S. Augustini Eremitarum, Anno 1269. quam hætenus tenent.

ALTERVM Monacense Ludouicus Imperator condidit, teste eodem Auentino, libro septimo, fol. 790. Reformatum per S. Pontificem Sixtum quartum ad instantiam Alberti Ducis, &c. executore Sixto, Episcopo Frisingensi, Anno Domini 1481. fratres ad obseruantiam astricti intra triduum omnes profugerunt, substituti sunt alij.

TERTIVM in Ramsau, vide sub litera R.

ADDITIONES.

De Conuentu S. Francisci Monaci.

Conu. I.

FACERVS satis Serenissimus pariter ac pientissimus *Bauaria Dux Ludouicus* Fr. Franci. e. Gonzaga. operis sui part. 3. Prævinc. Arg. 6. in. f. 74. & seq. *Rhenique* Comes Palatinus ei deuotioni ac pietati, qua in Seraphicum patre Franciscū, eiusq; sequaces ferebatur, hoc Monasterium *Monaci* quæ totius *Bauaria* metropolis est, non procul à proprio castro, ex domesticis facultatibus, à primis fundamentis ad vltimū vsq; lapidem sub anno à Christi natiuitate 1289. ædificari iussit, ac omnibus tandem suis numeris absolutum *Minoritis* fratribus, in perpetuum vsū, atque habitationem, collatum voluit. Cuius postmodum Monasterij Ecclesiam R. *Embo Frisingensis* Episcopus, Dominica prima post SS. Apostolorum *Philippi & Iacobi* festum, anno verò Domini 1294. præsentibus *Rudolpho & Ludouico Bauaria Ducibus*, totaque inspectante ciuitate, de religioso more benedixit, cōsecrauitque Ea; cōsecratione peracta, pontificalib. (vt erat) indut⁹ & pedes, præfatiq; *Bauaria Ducibus*, & ciuitate sesequentibus, ad *Eremitarum S. Augustini* cœnobium (anta erat hui⁹ præstantissimi Præsulis ad religiosos mendicantes deuotio, tantusq; animi affectus) perrexit, eiusq; cœmiterium maxima cum solemnitate benedixit. Cum aut, sub an. Dni 1327. die verò mensis Febr. 14. tertia *Monacensis* ciuitatis pars, cum præfato castro, & hoc nostro conuētu, vniuersaq; eius re familiari, ex quodā infortunio, arisset, pauperū fratres per incertas Prouinciæ sedes diuagari coacti sunt, donec tandē pientissimus misericordiarū Deus eorum miseratus, verò catholicorū fratrumq; veterinorum, ac *Monacensiu* ciuiū, *Gabrielis* scilicet *Ridleri* ac *Vincentij Ridleri* animos ad alterius Conuentus ædificationem flexit. Hic siquidē Monasteriū omnino incineratum atq; in fauillam redactum, cōmunib. sumptibus, sub an. Dni 1380. à tanta ruina vindicadū omnibusq; necessariis instructū, fratribusq; ad propria reuocatis cōferendum, atq; demum eius Ecclesia pulcherrimis iconibus, & dominico sepulchro supra modum elegantissimo exornatam, à R. P. fratre *Alberto Solonensium* Episcopo ac professione Minorita, in sanctissima Trinitatis, B. *Maria* virginis, SS. Apostolorū, ac beatorū *P. Francisci & Antonij Paduani* honorem, sub anno restitutę salutis 1385. consecrandā curarunt. Huic Ecclesiæ *Bonifacius* ex Pont. max. anno Domini 1401. Pontificatus verò sui 12. in eorum fidelium, qui eam confessi, & sacra Eucharistia refecti, in festo sancti *Petri ad Vincula*, & per tres dies sequen-

sequentes, deuote uisitauerint, fauorem, eandem prorsus plenariam indulgentiam, Monasterio S. *Mariae de Angelis* prope *Affsum* (hanc de *Portiuncula* nuncupant) à secundis uesperis diei festi S. *Petri ad Vincula* usque ad diei sequentis solis occasum, à summis Pontificibus concessam, ex paterna pietate atque ad præfati *Gabrielis Ridlerij* instantiam imperitus est. Præfatorum uero fundatorum, alter *Gabriel* scilicet *Ridlerius* in omni euentu opportunè adfuit: alter uero *Vincentius* nempe *Ridlerius*, relicto sæculo, atque eius illecebris, pauperumque fratribus, sub Minoritico habitu adiunctus, Christum pauperem sequi uoluit. Sub cuius tandem vexillo adeo profecit, ut in præstantissimum religiosum, atque doctissimum tum Philosophiæ, tum quoque Theologiæ lectorem, ac tandem in *Bauaria* Custodem euaserit. Obiit mortem, atque in huius loci Ecclesia sepultus est tantus hic pater, sub anno Domini 1408, cui R. P. F. *Michael* à *Sesena* generalis olim totius nostri Ordinis Minister & R. P. F. *Albertus Solonenfis* Episcopus, & Monialium Princeps frater *Guilielmus Ocham* Franciscanus & doctissimus pater frater *Bonagrata* à *Pergamo* V. I. D. & P. F. *Gasparus Scatzergerus* Custos *Bauariæ* & Guardianus *Monacensis*, qui multis editis operibus accerrimè hæresim *Lutheranam*, sub primis eius initiis, impugnavit, diemque extremum, clausit, anno domini 1527. distinctis tamen in sepulchris hærent. Eadem in Ecclesia, honestissimo tamen loco, corpus beati patris *Marquardi de Meismaler*, qui post diuinam grauissimamque infirmitatem, cum sanctissimè obiisset, & cæcum illuminauit, & contractum hominem pristinae rectificationi restituit, ac plurimis aliis miraculis claruit, reconditum est. Pertinuit denique hic conuentus, à secunda sui erectione ad annum usque domini 1480. ad Conuentuales *Franciscanos* patres: sed us ex præfati summi Pontificis, ad pietissimi tamen *Bauariæ* Ducis, atque *Federici* Germanorum Imperatoris generi instantiam, alio translatis, ad huius Prouinciæ *Obseruantes* deflexit. Cuius incolæ quadragenarium numerum attingunt.

De Minoritico conuentu *Ingolstadiensis*.

Conu. II.

INGOLSTADIVM præstantissima *Bauariæ* ciuitas, iuxta *Danubium* flumen sita, atque florentissima Academia illustris, statim à Franciscanæ Religionis exordio, solerti pietissimorumum *Ludouici* & *Anne* à *Polonia* eius coniugis *Bauariæ* Ducum opera, Minoritas amplexata est. Hi namque heroes, de R. *Hildeprandi Aichstadiani* Episcopi (cuius eam partes erant) consensu, Minoriticum Monasterium, non longè à præfata ciuitatis moenibus, anno 1245. cõstrui curarunt, tanti interim operis executorem constituentés per deuotum *Vibrordum Rorbachium Ingolstadiensium* Iudicem, atque Præfectum, qui infra breuissimi temporis spacium magnificè satis absolui fecit fratribusque tradidit. Subiacuit tamen huiusmodi conuentus ad annum usque Domini 1466. Conuentualibus patribus: sed iis præstantissimi Principis atque *Bauariæ* Ducis *Ludouici* opera aliò translatis, ad fratres huius Prouinciæ *Obseruantes* declinauit. Inhabatur à cætero hic Conuentus à 30. religiosi quorum maior pars diuinis atque humanis literis sedulè nauat operam, publicasque *Ingolstadienses* scholas uel lectiones auditura, uel de propositis thesibus disputatura, frequentat: in super & Reuerendissimi patris fratris *Gulielmi Berto* generalis *Vltramontanæ* familie Vicarij, qui, anno Domini 1481. iniuncti uero muneris 3. maximum sui desiderium (erat enim bonus pater) omnibus relinquens, ex hac uita migravit, funere honestatur.

DeMi-

De Minoritico conuentu *Landshutenfi.*
Conu. III.

VT primum inclitus heros *Heinricus Ludouico* fratri vterino *Bauarico* in Ducatu successit, ne interim sibi deuotionis, atque beneuolentiæ erga *Franciscanos* palmam cecidisse videretur, emptam *Landshutæ*, quæ *Bauariæ* ciuitas est, arcem ad conuentus dignitatem promouit, atque *Minoritis*, sub anno *Dominicæ* incarnationis 1280. tradidit. Cumque huiusmodi conuentus ad annum vsq; *Domini* 1466. *Conuentualib.* patrib. subiacuisset, *Ludouico* ad *Bauariæ* Ducatum assumpto, ex *Pauli* Pont. Max. decreto ad *Observantes* fratres translatus extitit. In quo denique 30. fratres inhabitant, sepultusq; iacet religiosissimus simul atque doctissimus *P. F. Conradus Nocytheimus*, quondam *Bauariæ* Custos, qui *Commentarios* in beati *Ioannis* Apostoli & *Euangelistæ* *Apocalypsim* luculentissimè edidit composuitque.

De Minoritico *Kelhemmensi* Conuentu
Conu. IV.

CONSTRUXERAT sibi *Antonius* quidam à *septem castris Tertiarij* idque sub Anno *Domini* 1450. non procul à *Kelhemmo* *Bauariæ* oppido, vbi *Almonius* fluuius patentissimis faucibus in *Danubium* influit, sub rupe tuguriolum ad eremitorij instar: inibique per aliquot annos inhabitauit. Dumque perfectiorem vitam anhelat, eo relicto. *Viennam Austria* se confert, vbi & *Franciscanæ* Religionis habitum in *Minoritico* *Paradisi* conuentu induit. Cum autem, huiusmodi habitu reiecto, antiquum domicilium remeare contenderet, à latronibus grassatoribq; truculenter in itinere occiditur. Generosi itaq; *Bauariæ* Duces *Ioannes* atque *Sigismundus*, ne præfatum tuguriolum cui pulcherrima ædicula, diuo *Nicolao* Episcopo sacra adiuncta erat, prophanis vsibus pateret, ipsum *Observantibus* huius *Prouinciæ* fratrib. 19. mensis *Iulij*, anno *Domini* 1454. ex apostolica *Nicolai V.* Pont. max. facultate adiudicandū, atq; in *Monasterij* formam ex propriis facultatibus transferendum curarunt. Verumtamen cum is locus continuis vtriusq; fluuij exhalationibus obnoxius esset, ab habitatoribus, id tamen maximè sollicitantibus præfatis ducibus, post 17. annos derelictus, atque *Tertiarij* quibusdam, *Franciscanis* traditus est. Ipsi interim fratres nostrorum conuentum, multo elegantiore, à se deserto, sibi à memoratis Ducibus in iugulo montis *S. Michaelis* non longè ab ipso oppido *Kelhemmo*, ædificatum petierunt. Idque tamen non citra contractionem illis accidit. Nam, repugnatib. *Ratisponensi* Episcopo, atque *Kelhemmeni* clero, semel & iterum loco cedere coacti sunt. Donec tandem re per *Pium II.* Pont. Max. cognita, & istis fratrib. scilicet pacifica loci habitatio collata, & illis Episcopo videlicet & clero perpetuum silentium impositum est. Cæterum secundus hic locus, in sancti *Michaelis* monte constructus, à quatuor tantū religiosis inhabitatur.

Vertrag / wegen des *Parfusser Freidthofs* / 2c. zu
München auffgerichtet de Anno 1517.

In Gottes Genaden wır Wilhelm vnnnd wır Ludwig Pfallensgrauen bey
Rhein / Herzogen in Obern vnnnd Nidern Bayern / 2c. Gebrüder / Bekennen
vnnnd thun khündt / hiemit aller meniglich / als jrung entstanden sind zwischen
den

den würdigen in Gott Ersamen / Hochgelehrten / auch Fürsichtigen vñnd Wissen Brobst / Dechant / Pfarrer / vñnd Capittel vnser Fürstlichen Stiffts vnser lieben Frauen Gottshaus / auch vnserm Dechant Sanct Peters Pfarrkirchen darzu einem Bürgermeister vñnd Rathe in vnser Statt München auff ein theil vñ den Ersamen in Gott andächtigen Quardian vñnd Brüdern vnser Parfüßer Closters Sanct Franciscen Ordens der mindern Brüder / von der Obseruans daselbs dem andern theil von wegen des Parfüesser Freithofs daselbs / wie der jetz mit Meuren vor vermeltten Parfüßer Closters vñnd Kirchen eingefangen / vñnd auff fürbethe vñnd ersuchen der Durchleuchtigen Fürstin Frauen Rhunigundin geborne Erzhersogin zu Osterreich / Pfalenzgraun bey Rhein Herzogin in obern vñnd nider Bayern / 2c. vnser Gnedigen lieben Frauen Mutter / durch den Ehrwürdigen in Gott Vatter vñnd Hochgebornen Fürsten vnsern lieben Vettern / Herrn Philippen Bischoffen zu Freising / Pfalenzgraun bey Rhein Herzogen in Bayern vñnd durch seiner lieben Suffraganen. als ordinarien auß Bischofflichen gewalt zuuerichten zugelassen / aber bald darnach bei nächtllicher weil durch die Rumor entehrt ist worden / deshalb zwischen obuermelten Partheyen zu aller seit etlich beschwörung eingefallen sindt / demnach haben wir obgenant Fürstin auff vorgemelter vnser lieben gnedigen Frau Mutter begern / damit rechtuertigung vñnd ander Drrat / Zwitteracht vñnd Dnwill / so darauff het entstehen mügen / zwischen gedachten Partheien hingeleget vñnd fürkommen / vñnd fürberürte Irung vñnd fürgefallen beschwörung mit aller Partheien vñnd jr jeder insonderheit vorwissen vñnd guten willen / inn der Gietigkeit vertragen / entschieden vñnd gemittelt / wie hernach volgt. Also das Quardian vñnd die Brüder vnser obuermelten Parfüßer Closters vorangeregten ihren Freithoff / wie der jetz mit Meuren eingefangen ist / widerumb reconciliern / vñnd Weihen mügen lassen / auch ein Sepultur darauff haben / an obuermelter vnser Stiffts / Dechant Pfarrer vñnd Statt zu München verhinderung vñnd Irung / doch welcher oder welche Person jr Sepultur auff denselben newen Freithoff zu dem Parfüßer eruelten oder darin beschreiben werden / mit derselben Besincknuß soll es / wie hernach volgt gehalten werden. Also das man derselben abgestorben Persohn erste Besincknuß / bey der Pfarz / darein dieselb abgestorben Persohn gehört / auch in dem Closter / wie im gebrauch herkommen ist / halten soll / aber derselben Persohn Sibenten so man in Latein nennet / diem septimum depositionis. nach des auffstecken von dem ersten Tag bis auff den Sibenden sollen die Brüder zu den Parfüßern / ob es gleich an sie durch der Abgestorbenen Person Erben oder Freundschaft begert / oder verordnet wer keines wegs annehmen / sonder derselb Sibent sambt dem auffstecken / von dem ersten Tag bis auff den Sibenden / soll allein in der Pfarz / wo der von jemandt gehalten fürgenommen / beschreiben vñnd gehalten werden vñnd nit im Closter / auch den Dreissigist / so man nennet diem tricesimum depositionis. dergleich die Jahrtäg sollen in eines jeden freyen willen steen die gehalten / zuordnen vñnd zusufften / wie vñnd wohin ein jeder will. Was aber von Verschonen in des vermeltten Closters der Parfüßer alten Sepulturen / außserhalb jres vorberürten neuen Freithofs begraben werden / damit soll es mit erster Besincknuß vñnd den Sibenten / wie von alter gehalten werden. Weiter ist betedingt vñnd geredt / das vermelter Freithoff durch die Brüder zu dem Parfüßern vñnd jre Nachkommen keines wegs soll versperrt / sonder allweg offen gehalten werden vñnd beleiben / also das man bei der Nacht so wol als beim Tag einen freyen gang vñnd Fußweg auch in ander Weg gemeinen gebrauch wie auff andern der Statt München Freithöfen gehabt mög. Es sollen auch dieselben Parfüßer Brüder vñnd jhr Nachkommen weiter kein neu Schupffen / Capellen / Creißgäñg vñnd dergleichen Gepew darauff machen / noch jemandt zuthun gestatten oder vergöñen / aber in die Meuer mit ihren einfang / Gemäll vñnd jr zierligkeit zum Dienst Gottes wie dann des jetz ain anfang ist gemacht / das sol vnuerwert beleiben. Derer so soll zu der zeit der Pestilenz vñnd sterbenden leuff im Parfüßer Freithoff auch niemands begraben sonder

sonder in diesem sacht/ damit bei beeden obuermelten Pfarckirchen besicht/ gehalten werden. Es sollen auch die Brüder der Pfarckirchen nach jr Nachkommen vber vberberürten jren Freithof vnd zugelassene Sepultur kein Indulgenz/ Gottsalter/ oder nichts anders dardurch villsicht die Leuth zu solcher Sepultur möchten bewege oder gereizt werden/ aufrichten/ sonder sich darin bescheidenlich halten vnd kein eigen nutzigkeit noch geuerde darin suchen noch brauchen in kein weis. Vnd darauf durch diesen vertrag die rechtfertigung appellacion vnd handlung in diser Sach für vnsern heiligen Vatter Pabst beschehe vnd vor dem Bischoff zu Freising geuebt/ callirt/ vnd auffgehebt/ vnd der Handl zu aller seit obuerschribner massen endlich vertragen vnd endtshiden sein/ vnd als solcher vnser vertrag gietlich abrede vnd endtshid obuermelten Partheien durch vns eröffnet vnd jhne fürgehalten ist/ haben sie solches alles vnd jedes zu vnderthenigen danck vnd wolgefallen angenommen vnd darcin bewilligt auch jede Parthey insonderheit das/ so sie in diesem Vertrag vnd gietlicher abred/ wie vorsteet/ betrifft für sie vnd jhr Nachkommen bei jren wärden vnd treuen dermassen zuhalten vnd zu vollziehen vns zugesagt vnd versprochen/ vnd des einen vertrags Brieff von vns begerth/ das wir auch jeden theil einen in gleicher laut auf jr ersuchen auß vnserer Canclei zu Bekhunde mit vnserm Herzog Wilhelm vnd Herzog Ludwigs anhangenden Secret Insigl besigt gebn/ So haben wir obuermelten Partheien zu becreffigung solches vertrags nemlich wie Erbst/ Dechant/ Pfarcker/ vnd Capittel des Stuffs vnd Pfarckirch zu vnser lieben Frauen desselben Stuffs vnd Capittls ich Georgius Eisenreich der Rechten Licentiat/ der zeit Dechant vnd Pfarckirch zu Sant Peter mein eigen/ vnd wie der Rathe der Statt München/ gemeiner Statt auch wir Guardian vnd Brüder zu dem Pfarckirch vnn wegen vnserer Closters für vns vnd vnser Nachkommen vnd also vnn allen theil vnserer Insigl an diesen vertrags Brieff gehangen vnd vns darzu ainhilgeglich bewilligt/ das wir den Hochwürdig vnd Durchleuchtigen Fürsten/ vnsern obgenanten vnsern Gnedigen Herrn den Bischoff zu Freisingen als vnsern Ordinarien hierin vndertheniglich ersuchen sollen vnd wollen diesen vertrag aus ordenlichen vnd Bischofflichem Gewalt auch zu ratificieren vnd mit seiner Gnaden/ Insigl zubesigeln. Geben vnd geschehen zu München am tag Thorothea/ des jahrs als man von Christi vnserer lieben Herrn Geburt zelet fünffzehen hundert vnd im Sibenzehnten.

Philippus Dei & Apostolicae sedis gratia Episcopus Frisingensis Administrator Numburgensis Ecclesiarum Comes Palatinus Rheni Dux Bauariae. Notum facimus per praesentes vniuersis. Quod quum inter venerabiles honestos & prouidos nobis, in Christo dilectos Praepositum Decanum plebanum totumque Capitulum Ecclesiae collegiatae B. Mariae virginis ac Decanum Ecclesiae parochialis S. Petri Apostoli Magistrum quoque ciuium ac consulum Oppidi Monac. dioc. nostrae Frisingensis ex vna nec non honorabiles & Religiosos Guardianum & Conuentum Monasterij fratrum minorum ordinis S. Francisci de obseruantia ibidem. ex altera partibus lites ac dissensiones exarent & mouerentur de & super circumsepti ratione cuius vnde quaque partibus grauamina quaedam incidebant. Illustres principes consanguinei nostri charissimi Dominus Guilielmus & Dñ. Ludouicus Comes Palatinus Rheni ac Superioris & Inferioris Bauariae Duces &c. fratres Germani ad Illustrissimam Principis Dominae Kunegundis Archiducissa Austriae Comitissae Palatinae Rheni ac Superioris & inferioris Bauariae Ducissae genitricis suae petitionem atque incommoda partibus exinde imminencia terminanda & amputanda praedictas lites & grauamina nec non causam ipsam de scitu & consensu dictarum partium, concordarunt, composuerunt, & abstulerunt,

quemadmodum in huiusmodi compositionis & contractus litteris presentib, annexis & confixis sigillisque prælibatorum Principum Dñ. *Guilhelmi* & Dñ. *Ludovici* &c. atque prædictorum Præpositi Decani & Capituli Ecclesiæ *B. Mariæ* virginis præfatæ ac Decani Ecclesiæ *S. Petri* oppidiq; *Monacens.* nec non *Quardiani* & Conuentus ipsarum videlicet partium roboratis plenius continetur. Enim, verò prædictæ partes nobis humiliter supplicari fecerunt, quatenus huiusmodi compositionem ex nostro pastoralis officio ratificare & confirmare dignaremur. Considerantes igitur huiusce petitionem iustam & rationi consonam, supplicationi dictarum partium benignum assensum præbuimus atque prædictas concordiam, compositionem, & contractum ratione præfati cimiterij & sepulchræ factas in omnibus suis punctis & clausulis perinde ac superius est expressum, auctoritate nostra ordinaria ratificauimus & confirmauimus, præsentiuque tenore ratificamus & in Dei nomine confirmamus omnia & singula supradicta rata & incoeuulsa permanfura. In quorum omnium fidem & testimonium præsentibus nostras ratificationis & cõfirmationis litteras confixis annecti secreteque nostri iussimus appensione muniri. Datum in arce nostra *Frisingensi* die duodecimo mensis Ianuarij, anno Domini Millesimo Quingentesimo decimo nono.

Errone Ty-
pographis
factum est
Catalogum
Prælatorum
Monasterij
Principum
Cella suo lo-
co excludit
quem hic
restituit.

Catalogus Prælatorum Cella Principum.

supra pag. 343.

- | | |
|---------|---|
| I. | WALTHERVS de Hylaria, <i>el. anno 1275. an. rexit an. duos.</i> |
| II. | BERCHTOLPHVS . <i>el. an. 1278. præf. an. 3.</i> |
| III. | HEINRICVS Sumerer, <i>el. an. 1281. rex. an. 5.</i> |
| IV. | WALTHERVS iterum <i>el. an. 1286. præf. ann. 6.</i> |
| V. | HVGGO de Willering, <i>el. anno 1292. rex. an. 9.</i> |
| VI. | THYEMO de Alderspach, <i>el. an. 1302. præf. an. 2.</i> |
| VII. | CONRADVS Preminger, <i>el. an. 1304. rex. an. 2.</i> |
| VIII. | ALBERTVS de Patauia, <i>el. an. 1307. præf. an. 6.</i> |
| IX. | CONRADVS Schnabel, <i>el. an. 1312. præf. an. sex.</i> |
| X. | OTTHO de Straubing, <i>rex. 2. annos.</i> |
| XI. | PERCHTOLDVS Sueuus, <i>el. an. 1321. rex. an. 3.</i> |
| XII. | PETRVS Hartvvek, <i>el. an. 1323. rex. an. 10. & resing.</i> |
| XIII. | HEINRICVS de Vilshouen, <i>el. an. 1333. des. an. 3.</i> |
| XIV. | CONRADVS Krembfer, <i>subrogatur an. 1336. præf. an. 3.</i> |
| XV. | PETRVS supradictus, <i>an. 1339. denuo electus, duobus rexit an.</i> |
| XVI. | FRIDERICVS Welterpurger, <i>an. 1341. successus antecessori suo, vno tantum anno præfuit.</i> |
| XVII. | HARTMANNVS de Deckendorff, <i>vno solum super vixit anno.</i> |
| XVIII. | RVGGERVS Schelnacher, <i>el. an. 1343. præf. an. 4.</i> |
| XIX. | HEINRICVS de Wyrzburg, <i>subrogatus an. 1347. rex. an. 7.</i> |
| XX. | ANDREAS de Krembsa, <i>el. an. 1454. præf. an. 2.</i> |
| XXI. | HVGGO de Alderspach, <i>assumptus ad prælaturam an. 1356. an. præf. quatuor.</i> |
| XXII. | VDALRICVS filius domus, <i>el. an. 1360. rex. an. 10.</i> |
| XXIII. | VDALRICVS & ipse domus filius, <i>assumptus an. 1370. an. 10. præf.</i> |
| XXIV. | IACOBVS VVeitendorfer, <i>an. 1380. el. an. præfuit 17.</i> |
| XXV. | IACOBVS II. de Vels, <i>an. 1397. successus, an. rex. 11.</i> |
| XXVI. | ANDREAS Zullinger, <i>ass. ann. 1408. an. 7. præf.</i> |
| XXVII. | STEPHANVS Rumell, <i>el. an. 1415. præf. an. 12.</i> |
| XXVIII. | THOMAS Perncatus, <i>el. an. 1427. rex. 13.</i> |
| | XXIX. ACHA- |

al. de super
Dircham.

- XXIX. ACHATIVS Santhas *el. an. 1440. prof. ann. 17.*
 XXX. KYLIANVS Schavver, *el. anno 1457. rex. an. 3.*
 XXXI. IOANNES Schlederer, *subr. an. 1460. an. 36. profuit,*
 XXXII. PANGRATIVS Reichel, *an. profuit. 15.*
 XXXIII. GREGORIVS Nadler, *c. ep. an. 1512. prof. an. 9.*
 XXXIV. IOANNES Vitzomb *el. an. 1521. an. prof. 16.*
 XXXV. LAVRENTIVS Perger, *suff. an. 1537. rex. an. 10.*
 XXXVI. LAVRENTIVS Kallinger, *el. an. 1547. prof. an. 8.*
 XXXVII. PHILIPPVS, *el. an. 1555. an. prof. 11.*
 XXXVIII. SEBASTIANVS Peer, *rex. an. 4.*
 XXXIX. IOANNES Polsterer, *an. profuit. 8.*
 XL. WILIBALDVS Schisler, *al. an. 1580. rex. an. 15.*
 XLI. STEPHANVS Lanio, *an. assumptus 1595. prof. an. 9.*
 XLII. IOANNES Deyssler, *el. anno 1605. an. rex. 4.*
 XLIII. IACOBVS Pontanus *modernus Pr. elatus sufficitur an. 1609.*

GAINKHOVEN.

In inferiore Bauaria, inter Isaram atque Oenum castrum olim Comitum de Leonberg, nunc domus Teutonicorum militum B. Mariae virginis, in vico eiusdem nominis fundatur per Bernhardum Comitem de Leonberg, pro sacris Teutonicis Equitibus, An. 1278. Vbi ipse quinto deinde anno, nēpe 1283. obiit, atque sepultus est cum duobus filiis, Henrico & Bernharo, qui etiam aliqua contribuerunt diuae Mariae ac ordini.

ADDITIONES.

Littera fundationis & Privilegia, aliaque huius Domus antiqua documenta asseruantur Mergentaimbii in Archivio Magni Magistri ordinis Teutonici.

Commendatores huius loci à tempore primae erectionis omnes ac singuli certa quidem successione serie cum ob temporis diuturnitatem tum propter crebras mutationes illorum suis nominibus exprimi nequeunt: qui tamen à duobus seculis fere extitere, hi sunt.

- CHVNRADVS à Crebsberg.
 FRIDERICVS à Liffberg.
 BVRGKHARDVS ab Erlingshouen.
 FRIDERICVS Röderer.
 BERTHOLBVS à Saxenhaim.
 IOHANNES Haberkorn.
 GEORGIUS ab Hennerting.
 HILPOLDVS à Sekendorff.
 MARQVARDVS à Teitzesavv.
 MATTHIAS à Mensshaim.
 SFRIDVS à Stain in Altenstain.
 GEORGIUS LEO à Stainfurt. An. 1540
 IACOBVS à Rotenburg. 1553.
 IOHANNES à Plassenburg. 1559.
 ADAMVS ab Elltz. 1566.
 IOHANNES GEORGIUS à Dachenhauseu. 1572.
 GEORGIUS SIGISMVNDVS à Guetenberg. 1578.
 MAGNVS ab Horckham. 1589.
 PHILIPPVS Schelm à Pergen. 1591.

Metrop. Salisb. Tom. II.

Gg 2

CHRI.